GREGORIUS MAGNUS
12. Jh.
Seite 106r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

similitudinem habere. atq; ex euersis edificis parietum mœ-
rumina timere. Videns enim ciuitatem fleuit super illa dicens. Quia
si cognouisses et tu. Hoc semel egit cum pertinaci ciuitate
eam nunciaret. Hoc cotidie redemptor nr. p electos suos
agere nullatenus cessat. cum quos de ex bona uita ad mo
res reprobos peuenisse considerat. Plangunt enim eos qui
nesciunt cur plangantur. q iuxta salomonis uerba
letantur cum malefecerint et exultant in reb pessimis. Qui
si dampnationem suam que eis imminet agnouissent.
semetipsos cum lacrimis electæ plangerent. Bene autem
pertinuit animæ sententia q subdit conuenit. Et quidem
in hac die tua que ad pacem tibi. ne aut abscondita sit
ab oculis tuis. Sua hic diem habet pusa anima q tran
sitorio gaudet in tempore. cum ea q ad pacem sit. q diu ex
reb temporalib letatur. diu honoribus extollitur. diu in car
nis uoluptate resoluitur. diu nulla uentura pene formi
dine terretur. pacem habet in die sua. q graue dampnatio
nis suæ scandalum in die habebit aliena. Ibi enim affli
genda est ubi iusti letabuntur. et cuncta q mundi ad pa
cem sit tendit in amaritudinem ruinæ uertentur. q a ruina secu
m incipit cur dampnationem quam patiuntur non expauerint cur in
prosperis malisse sequentibus oculos mentis clausere
rit. Unde et dicit. Ne aut abscondita sit ab oculis tuis.
Peuersa quippe anima rebus presentibus dedita in terrenis
uoluptatibus resoluta abscondit sibi mala sequentia. q a
preuidere futura refugit q presentem letitiam perturbent.